

fecerunt nec archiepiscopos habuerunt nec ecclesię canonica iura aliqui fundabant vel renovabant, quas ex maxima parte laici vel adulterantes clerici et scortatores tenebant, — ordinato praefato Wintfrid cognomento Bonefacio a Gregorio [prae]decessore^a Zachariae¹ et incardinato illo ab eodem Zacharia *in metropoli ecclesia^{*f. 19}. Mogontina — nam antea constitutus fuerat in metropoli Agrippinensi Colonia² —, sed, sicut idem ad eund[em]^b papam scribit³, Franci non perseveraverunt in verbo quod^c illa promiserunt, unde primatus, qui foret dandus Colon[iae]^d, ipso petente datus est Mogontiae^e. Cui, sicut Innocentius [de]^f Anthiochena et Romana ecclesiis scribit⁴, illa isti non cederet, n[isi] quod illa in transitu, scilicet de sessione beati Petri apostoli, i[sta] susceptum apud se consummatumque gauderet.

8. Et co[m]misę sunt eidem Bonefacio vices apostolicę sedis in Galliaru[m] et Belgicarum atque Germaniarum provinciis, tantum in [vi]ta^g sua, ut⁵ quemcumque repperiret a sacris canonibus devi[a]re, nulla ratione pateretur sacrum ministerium ad[trec]tare^h. Qui ordinavit⁶ Grimonem in Rotomago et Hartbertum in Senonum aiedingo. In Remo autem et in Treviri, quas Milo — tonsura, non vita clericus — occupaverat⁷, in diebus suis, ut episcopi in eis ordinarentur, optinere non potuit. Postea vero Wiomado Treviri ordinato episcopo Remus per plures annos pastore vacavit, quoniam rebus ipsius episcopii divisio⁸ *a Milone per filios et^{*f. 20}. homines suos, quos Pippinus cum beneficiis illis datis eodem

^a) Zeilenende rad. ^b) Zeilenende zerstört. ^c) Vielleicht folgte iam; jedoch nicht völlig sicher erkennbar. ^d) Zeilenende zerstört. ^e) Korrig. aus Mogontio. ^f) Zeilenende zerstört. ^g) So wohl sicher am fast verblaßten Zeilenende zu lesen. ^h) Zeilenende zerstört.

¹) Vgl. *Epist. sel.* 1, 201 n. 88 (J-E. 2292): a sanctae recordationis praedecessore nostro domno Gregorio papa — — episcopus ordinatus; dazu M. TANGI, *NA.* 41, 75 N. 3. ²) Vgl. *Epist. sel.* 1, 121. 124 n. 60 (J-E. 2274); oben S. 54. ³) *Epist. sel.* 1, 179 n. 80 (J-E. 2286). ⁴) Migne 67, 255 c. 45; HINSCHIUS S. 548 c. 1 (J-K. 310). ⁵) *Epist. sel.* 1, 107 n. 58 (J-E. 2271). ⁶) Vgl. *Epist. sel.* 1, 103 n. 57 (J-E. 2270); 106 n. 58 (J-E. 2271). ⁷) Vgl. den Brief Hadrians I. an Tilpin von Reims, *MG. SS. rer. Merov.* 7, 71; *MG. SS.* 13, 461 (J-E. 2411): Miloni cuidam sola tonsura clerico; oben S. 53 mit N. 2. ⁸) Vgl. a. a. O. *Flod.* II, 16, *SS.* 13, 463: Remensis ecclesia per multa tempora et per multos annos sine episcopo fuit, et res ecclesiae de illo episcopatu ablatae sunt et per laicos divisae sunt, — —.